Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sapientiā salemonis et domū quā edificauerat et cibos men
se eius atq; holocausta que offerebat indomo dñi · non
habebat ultra spm · Quid erat rationis · ut ppotens regi
na domū expensas · et cibos regios tanopere miraretur ·
Ergo hoc loco aliqua maiora nos oportet inquirere ·
Vidit ergo ecclā exgentibus congregata sapientiā xpi ·
idē post carnalia instituta gentiliū · post humanā et ani
malem doctrinā philosophorū accepit intellectū salutis
et utte inspexit spualium mirabilia bonorū · agnouit
uerū fabricatorē celi ac terre et potentissimū humani
generis conditorē · de cuius sapientia dicitur · Omnia in
mensura et numero et pondere constituisti · Vidit et do
mū quā edificauerat · idē incarnationē hominis assump
ti · de qua domo dicit apls · Inquo habitat omnis plenitu
do diuinitatis corporalit · Vidit et cibos salemonis · idē
cibos illos de quibus dicebat · Meus cibus ē ut faciā uo
luntatē eius qui misit me patris · Cibus eñi xpi ē salus
nra · reficitur uelut celestibus epulis pfectibus nris · Cibus
eius sumus · dū acquisti ecclē inmembra eius corpusq;
transimus · Vel cibi eius sunt sacramenta celestia · de qui
bus dicitur · Panē celi dedit eis · panē angelorū manduca
uit homo · Vidit et holocausta eius · orationū sine dubio
supplicationumq; mysteria · et obstupuit · Vidit inestima
biles diuitias dñi sui · dixitq; ad regem · Verus ē sermo quē
audierā de te in terra mea sup sermonibus tuis et sup
sapientia tua · et non credebam narrantibus donec ipsa
ueni et uidi oculis meis · et pbaui qd media pars mihi